

Quoniam enim CA dupla est ipsius AB, sumpta DE communi altitudine, erit rectangulum ex CA DE duplum rectanguli ex AB DE. Rursus quoniam FD dupla est DE, sumpta communi altitudine AC rectangulum ex AC DF duplum erit rectanguli ex AC DE. sed rectangulum ex AC DE duplum est rectanguli ex AB DE. rectangulum igitur ex AC DF rectanguli ex AB DE quadruplum erit.

A
B

COMMENTARIVS.


Sed rectangulum ex AC DE duplum est rectanguli ex AB DE] *græcus codex ἀλλὰ τὸ ὑπὸ α Γ Δ τὸν ὑπὸ α Γ Δ ε. sed legendum puto ἀλλὰ τὸ ὑπὸ α Γ Δ ε τοῦ ὑπὸ α β Δ ε.*
 Rectangulum igitur ex AC DF rectanguli ex AB DE quadruplum erit] *Hæc nos addidimus perspicuitatis causa, quæ fortasse in græco codice desiderantur, vt ita legendum sit.*
 τὸ α β Δ ε τοῦ α Γ Δ ε τὸ τετραπλάσιον ἐστὶ τοῦ ὑπὸ α β Δ ε.

A
B

TEOREMA CCXI. PROPOS. CCXXVII.

Sit vt AB ad BC, ita DE ad EF: vt autem AB ad BG, ita DE ad EH. Dico vt rectangulum ABG ad rectangulum AGC, ita esse rectangulum DEH ad DHF rectangulum.

LEM.
VII.



Quoniam enim vt AB ad BG, ita DE ad EH, erit per conuersionem rationis vt BA ad AG, ita ED ad DH. ergo vt quadratum ex BA ad quadratum ex AG, ita quadratum ex ED ad quadratum ex DH. sed & vt quadratum ex AB ad rectangulum ABG, ita quadratum ex DE ad DEH rectangulum. vt igitur quadratum ex AG ad rectangulum

22. sexti.
B
C